

iniuriis. post multas tamen ambages
consensere legati licet gravia que
petebantur viderentur. eisdem
preter quod cum mandatum non
haberent de fine mandati fines
nolebant excedere. demum consti-
tuti sunt sapientes super discernen-
da debita iuxta a florentinis penitus
spreta fine. et solutio facta est.
a pisanis solventibus pro se et
omnibus aliis antedictis libras sexa-
ginta tria milia pisanorum interim
captis remanentibus in carceribus.
Anno millesimo ducentesimo vige-
simo secundo.

Cum florentini rememorarentur
a pistoriensibus in guerra de
summo fonti et in bello cum pisanis
et aliis pluribus offensarum illa-
tarum propotuerunt illos graviter
verberare caput et membra in simul
maculando ut ambo quiescerent
castigati. Cum habundarent in
sermonibus contendendo de pari et